Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



346

domine audi voces adulacionum meorum. Numquid redditur pro bono malum quia foderunt foveam anime mee. ℣ Homo pacis mee in quo speravi amplavit adiutorium meum supplantacionem. Iniquitates. ℟ Attende. In. ij. Ps. a. Multe hec mulier. ps Conserva. ℣ De ore leonis. Lectio. iiij.

Et dixit dominus ad me in diebus Iosie regis Iuda. Ecce quid vidisti quae fecerit adversatrix israhel. abiit super omnem montem excelsum et sub omni lignoso frondoso. et fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hoc. ad me convertere. et non est reversa. Hec dicit. ℟ Salvum me fac deus quoniam intraverunt aque usque ad animam meam. ne avertas faciem tuam a me. Quoniam tribulor exaudi me de proximo meus. ℣ Intende anime mee et libera eam propter inimicos meos eripe me domine. Quoniam tribulor. Lectio. v.

Et vidit prevaricatrix soror eius iuda. quia propter quod moechata esset adversatrix israhel. dimisisse eam et dedisset ei libellum repudii. et non timuit prevaricatrix soror eius iuda in toto corde suo. sed simulacro. ait dominus. Nonne. ℟ Noli esse michi domine ne ℣ alienus parce michi in die mala. Confundantur omnes qui me persequuntur. et non confundar ego. ℣ Confundantur omnes inimici mei qui quaerunt animam meam ut auferant eam. et non. Lectio. vj.

Et dixit dominus ad me. Iustificavit animam suam adversatrix israhel. comparatione prevaricatricis iuda. vade et clama sermones istos ad aquilonem et dices. Revertere adversatrix israel. ait dominus. et non avertam faciem meam a vobis. quia sanctus ego sum dicit dominus.